

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Philipp Adolph Böhmer

Programma Sacrum ... De Spiritu Sancto Alio Paracleto, Ex Ioann. XIV, 16.

Halae Magdeb.: Hilligerus, [1757]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn844107891>

Druck Freier  Zugang



a. B.

48. c. 2.

57

275

Fa - 1092 (57)

19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37

1. *Programma de Spiritu S. para
celto*
 2. *Demonstratio aeternae peccatorum damnationis*
 3. *Knapp. de recto et genuino usu
argum. fidem humanam faci-
entium in probanda divina origine*
 4. *Programma de commemoratione
conditum Henrici Guilielmi
Lindolfi circa ecclesiae Orient.
Calicem*
 5. *Programma de Statu temporum
natus Christo et singulari sum
oris nostri signo*
 6. *Programma de Patriarchum
ut in Palæstina sepelirentur
ad fidem.*
 7. *Diffus. de Origine Malorae
pubnotorumq. Vt. Test. ebraeorum.*
 8. *Diffus. de articulis fidei chri-
stianae fundam. et non fundam.
tione hum. limitibus in rebus diu-*
 9. *Diffus. de Guarantia pauperum
foederumque religionis ergo
percussorum.*
 10. *Pesfeld. Diffus. de Ecclasi*
 11. *Untersuchung ob Gotts Elb.
Mosen Regenbogen.*
 12. *Diffus. de vera aetate Scripto-
rum, quae super sunt. Q. Septimiu-
Florentis Tertulliani pp. Diff. Ima*
 13. *Nachfett Diff. II da de eadem
Maternia*
 14. *Semler. Diffus. de imagine
divina in homine & tunc perdita*
 15. *Knapp. Diff. de Discrimine
Crucis et poenit.*
 16. *Michaels Diff. de Progressu
et incremento salutari Doctri-
nae sub Noachio.*
17. *Programma de Nominis Imapu-
tis ecclesiae olim in argumentum
solatu et bonae spes quo proposito*
 18. *Programma de admirando humili-
tatis et maiestatis tempera mehito
in primordiis vitae Christi conspicuo-*
 19. *Liberatio loci epist. ad Philip-
cap. II. n. 1 et 2 a Tautologiac.*
 20. *Baumgarten. Diffus. de mysterio
rum christiana fidei vera indole*
 21. *Cusa. Diff. de Tentatione Christi
in Deserto.*
 22. *Knapp. de Dono prophetiae in
Ecclesia N. T. Diffus. I. ma-*
 23. *Ciusdem Diffus. II da.*
 24. *Baumgarten de Indole, Auctorita-
tate numeroq. confil. documentorum*
 25. *Meller. Diff. poetas diuinis boni
tati Dei non esse contrarias.*
 26. *Semler. Diff. de Auctoritate
arthaevologica ad exercitationem*
 27. *Baumgarten. de arctis cogni-
tionis hum. limitibus in rebus diu-*
 28. *Zachariae Diff. de perfruitorum
humanae Sapientiae verbis Cor II 4.*
 29. *Fudacorum Lectio Audi etc.*
 30. *Zachariae de morte Veterum
in locis editis colendi Beaum*
 31. *Baumgarten Diff. de Omnipotentia
Christi in statu exinanitionis*
 32. *Programma de exaudienda
Sententia Luc. I.*
 33. *Baumgarten de consecratione
sanctorum apud Pontificios statu*
 34. *de Christo filio per resurrectio-
nem ex mortuis demonstrato*
 35. *Baumgarten de acquis rendis
bonis optimis*
 36. *Programma seculare*
 37. *Programma Schreberi*

PROGRAMMA SACRVM,
QVO
ACADEMIAE FRIDERICIANAE
PRORECTOR
**D. PHILIPPVS ADOLPHVS
BOEHMER,**

MEDICINAE ET ANATOMIAE PROF. PVBL. ORDIN.
ACAD. CAESAR. NAT. CVRIOS. ITEMQVE IMPERIAL.
PETROPOLITANAЕ ET REG. BEROL. SCIENT.
SODALIS,

VNA CVM
DIRECTORE TOTOQVE SENATV ACADEMICO,
FERIAS PENTECOSTALES

ANNI CICCIQCLVII.

CIVIBVS ACADEMICIS PIE CELEBRANDAS INDICIT,
PROPOSITA MEDITATIONE
DE SPIRITU SANCTO ALIO PARACLETO,
EX IOANN. XIV, 16.



HALAE MAGDEB.
LITTERIS HILLIGERIANIS.

SCHEDELLA SACRA

QVOD

ACADEMIAE MEDICO-CHIRURGICAE

1710 OCTOBR

D. PHILIPPIAS ADOLPHVS

BOTANICVS

MEDICINALIS ET AGRICULTURALIS BOTANICAE ORDIN

ACAD. CAESEVR. NAT. CAROL. ITAL. MAG. IMPERIAL

PETROPOLITANAE ET TOSC. BESOVI SCIENT.



DR. F. J. O. R.

LIBRARIUS

PROFESSORIS

HERR

CLIBAS ACADEMICIS ET CULTURALIBVS INDICIT

PROPOSITA MEDICINA

DE SPHENA SANCTO ALIO RARACILO

IN 1601 IN ZW

1710 OCTOBR

1710 OCTOBR



uum in ecclesia Christi pentecostales feriae nunc denuo
recurrant, carissimi Ciues, his pie ac religiose celebra-
dis merito recordamur dicti illius notabilis, quo Salua-
tor ac Dominus noster Iesus, passiones suas ac mortem
mox subiturus, suos olim consolatus fuit discipulos.

Ioann. XIV, 16. *Ego, inquiens, rogabo Patrem, et ALI-
VM PARACLETVM dabit vobis, vt maneat vobiscum in aeternum:* vt-
pote quod in prima Noui Testamenti Pentecoste, effusis largiter in Apo-
stolos aliosque Christi fideles Spiritus sancti donis, eminentissima ratione
impleri coepit, Act. II, 1. seqq. idque ita, vt idem beneficium, quod
tunc quidem Apostolis ceterisque fidelibus obtigit, etiam ad omnes omni-
um aetatum fideles suo modo pertinere debuerit, testante Petro ibidem
v. 39. *Vobis enim est ista per Ioselem facta Dei promissio, et filii vestris,*
et omnibus qui procul sunt, quovunque aduocauerit Dominus Deus noster,
ex ipsis quoque gentibus.

Quaeritis heic autem, Ciues carissimi, quid nominis hoc sit, PARA-
CLETVS? Est id quidem Graecum, et Graecae originis, παράκλητος,

¶ 2

quod

19
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34

* *) o (* *

quod loco citato Ioann. XIV, 16. in ipso originali textu habetur, repetiturque ternis vicibus ibid. v. 26. c. XV, 26. et c. XVI, 7. et vero id ex Graeca non in Latinam solum, sed etiam in plures ipsius Orientis linguis transiit, probabiliter regnantiibus in Syria Graecis regibus, Alexandri M. (qui Orientem deuicerat) successoribus. Hinc factum, ut id veteres metaphraستae citatis in locis retinuerint, non Italus solum seu *Vulgatus Latinus*, scribens *Paracletus*, minus recte pro *Paracletus*, verum etiam *Syrus* سریس, *Arabs* Erpenianus et *Persa* فارسی، itemque *Aethiops* አይትዮጵያ: Est autem credibile, Christum ipsum, discipulis suis loquentem, Graecο hoc vsum fuisse nomine, vt pote in linguam Syro-chaldaicam, quae Palaestinensibus Iudeis eo tempore vernacula erat, iam traducto. Nam et vetustissimus sacri codicis Ebraei Chaldaeus paraphrastes, haud dubie ut gente sic religione Iudeus, eodem iam vslus fuit, vt pote qui, quod Iob. XXXIII, 23. in Ebraeo est מֶלֶךְ מַלְאָךְ פָּרָקֵלִיט angelus interpres siue mediator, (Filius Dei innuitur) id chaldaice reddidit מֶלֶךְ אֱפָרָקֵלִיט angelus paracletus. Sed et Talmudici Iudeorum doctores in *Pirke Aboth* c. IV. et in *Schabbath* f. 32. a. et in *Baba bathra* f. 110. a. id nominis פָּרָקֵלִיט paracletus designando aduocato iam adhibuerunt, non sane a Christianis demum adoptatum, sed vernaculo vsu a maioribus suis acceptum.

Quaeritis porro, quid igitur notet nomen παρεγκάλωτος seu paracletus? Respondemus: Cum deductum id sit a Verbo παρεγκαλέω, quod, praeter alios significatus, quos habet, valet vel 1) consolari, ut Matth. II, 18. c. V, 4. vel 2) rogare, exorare, ut Lūc. VII, 4. 2 Cor. XII, 8. vel 3) aduocare, ut Act. XXVIII, 20. coll. v. 17. et in LXXvirali versione Graeca, Esa. XIII, 2 Pro. VIII, 4. hinc in exponendo Nomine hoc apud Ioannem Euangelistam locis ante citatis interpretes differunt. Etenim 1) consolatorem, einen Troster, nonnulli interpretati sunt, nominatim metaphraست Arab in Bibl. Polygl. et b. noster Lutherus: quomodo et, praeter alios, tam Graecos quam Latinos, ecclesiae Patres, Theophylactus in Comment. ad Ioh. XIV, 26. p. 774. Spiritus, inquit, qui venit ad discipulos, paracletus est, τοῖς λύπασι σύντοῖς παρεγκαλησάμενον, moestias illorum consolatus; et Isidorus Hispal. Orig. l. VII, c. 3. Spiritus sanctus quod dicitur Paracletus, a consolatione dicitur. Παρεγκάλωτος enim

*)

enim gracie, latine CONSOLATIO dicitur. Christus enim eum Apostolis lugentibus misit, postquam ab eorum oculis ad caelum ascendit: CONSOLATOR enim tristibus mittitur. 2) Pauciores, ubi de Spiritu S. dicitur, intercessorem explicarunt, eamque notionem cum illa consolatoris coniunxerunt, ut Ammonius in Catena ad Ioh. XIV. pag. 365. Paracletus, inquiens, vocatur Filius et Spiritus, ὡς παράπλευτος οὐαὶ οὐαὶ εἰποτεῖντες, καὶ ὡς παρακαλέντες οὐαὶ οὐαὶ τὸν Πατέρα, ut qui nobis consolationem adferant, Patremque pro nobis orient. Nam ubi Christo id nominis tributur, (quod sit i Ioh. II, 1.) plures id interpretati sunt intercessorem, einen Fürsprecher, ut Arabs Erpenianus et B. Lutherus; itemque exortorem, ut Tertullianus de Pudicitia c. 19. concinente Oecumenio ad l. c. pag. 191. ubi sic scribit: Paracletum dicit τὸν υπὲρ θμῶν τὸν Πατέρα παρακαλέντος, ἵνα προτρέπομεν eum, qui Patrem pro nobis orat, precibusque mouet. Denique 3) aduocatum interpretantur plurimi, quorum aliquos mox suis excitabimus nominibus: et aduocatum quidem, non participialiter, qui Graecis vocaretur παρακαλητός, sed nominaliter, ita ut aduocatus sit generatim quidem, qui alteri adest defensionis et ferendi auxilii causa, ut ne succumbat, speciatim vero patronus, cauissidus, cet. cuius correlatum sit cliens. Quomodo teste Asconio, apud Fabrum in Thesauro sub voce aduocatus, Qui defendit, inquit, alterum in iudicio, aut PATRONVS dicitur, si orator est; aut ADVOCATVS, si ius suggestit, aut praesentiam suam amico commodat; aut COGNITOR, si praesentis cauissam nouit, et sic tuetur vi suam.

In hoc triuio sententiarum constituti, tertiam eligere haud dubitamus. Firmat eam in primis forma Graeci nominis Παράπλευτος, non actiuae, sed, ordinarie saltem et ut plurimum, passiuae significationis. Nam ut αγαπητός non est amator, dilector, sed amabilis, dilectus, γραπτός non scriba, sed scriptus, γνωστός non cognitor, sed notus, διδαχής non doctör, sed doctus, ἐκλεκτός non elector, sed electus, ἐνδογόντος non benedicēns, sed benedictus, ποθητός et ἐπιπόθητος non desiderans, sed desideratus, cet. ita παράπλευτος ex tercia adlatarum significationum Verbi παρακαλέω secundum analogiam non erit aduocans, sed aduocatus, quo significatu passiuo scriptoribus exteris passim venit, nusquam actiue: si ex prima vel secunda significationum Verbi Nomen interpretari luberet, foret igitur παράπλευτος non consolator vel intercessor, qui παρα-

κλήτως Graecis scriptoribus audit, sed qui solatio adficitur, vel pro quo
 interceditur; quo tamen significatu nullibi in vsu est. Et quamvis non
 ignoremus, dari Nomina huius formae, quae et actiuae et possiuae signi-
 ficationis sint, v. g. ἄγνωστος incognitus et ignarus, οὐπιστός cui non credi-
 tur et qui non credit, δυνατός possibilis et potens, εὐπερίστατος qui facile
 cingitur vel cingit, cet. tamen in huiusmodi Nominibus passiua significa-
 tio obtinet secundum regulam, actiua secundum exceptionem a regula;
 plane ut verba passiua aliquando ex vsu, qui tyrannus est, passiue capi-
 untur: a regula vero ad exceptionem, nisi hanc vsus valide stabiliat, trans-
 ire non licet. Ad firmandam nostram de passiua Nominis Παρακλητος
 significatione sententiam, prouocamus ad eiusdem formae Nomina tum a
 simplice καλέω voco, tum a deriuatis inde Verbis compositis deducta,
 κλητός non vocans, sed vocatus, αἰνάλητος reuocatus vel reuocabilis,
 οὐεγκλητός irreprehensibilis, ἐπίκλητος aduocatus, αἱρετάκλητος irreuo-
 cabilis, πρόκλητος prouocatus, σύγκλητος conuocatus, ἀκλητός non voca-
 tus: ergo et παρακλητός est aduocatus, sic dictus ἀπὸ τῆς καλεῖθαι εἰς τὸ
 παρακαλεῖν τινι, quod vocetur ad adfendendum alicui, praesertim in agenda
 accusati caufa. Proutocamus item ad locum Demosthenis περὶ παραπρε-
 σβειας statim ab initio: Αἱ τῶν παρακλήτων αὐτοις δέσποις καὶ σπουδαῖ τῶν
 ιδίων πλεονεξίων ἔνεστι ἐγίνοτο. Factae sunt paracletorum hac supplicationes
 et labores proprii quaestus caufa. Ad quae verba Vpiunus Comm. p. 78.
 notat: τῶν παρακλήτων, οἵτοι τῶν ἐν παρακλήσεως ἐλθόντων συνηγορηταί,
 Paracletorum, id est, qui precibus vocati adficiunt ad patrocinandum. Vnde
 et vetus interpres Latinus idem nomen i Ioh. II, 1. aduocatum reddidit.
 Sed et Tertullianus adu. Prax. c. IX. p. 847. principem hunc de Spiritu
 S. locum ita adducit: Rogabo Patrem, et alium aduocatum mittet vobis,
 Spiritum veritatis. Quanquam autem Henr. Stephanus et Io. Scapula
 in suis Lexicis Graecis nomini παρακλητος significatum deprecatoris vel
 intercessoris ex loco Philonis Iudaei lib. III. de vita Mosis p. 521. vindica-
 tum iuerint, tamen et ibi interpres Latinus rectius aduocatum vertit.
 Quin, cum vox Paracletus (ut supra monuimus) iam ab Iudeis ciuitate
 siue Ebraica siue Chaldaica donata fuerit, eius declarationem dabunt no-
 bis doctores Talmudici, utpote qui in Pirke Aboth. c. IV. Quicunque, ini-
 quiunt, facit praeceptum unum, comparat sibi אֶחָד פְּרִקְלִיט paracletum
 (i. e. aduocatum) unum; qui vero transgreditur transgressionem unam,
 comparat sibi קַנְגָּוָר אֶחָד קְרִיּוֹגָר (i. e. accusatorem) unum. Viderisne,
 oppo-

* * () * *

7

opponi heic inuicem sibi παράκλητον et κατηγόρον, h. e. aduocatum seu de-
fensorem, et accusatorem? Addit autem Glossa ad l. c. פָּרָקְלִיט הַמְלִיכָה Paracletus est qui interpretatur (sieu ut aduocatus
loquitur) bonum pro homine apud regem vel magistratum.

Cur vero Paracletus seu Aduocatus ille, discipulis a Christo pro-
missus, vocatur ἄλλος ALIVS? Respondemus: Fit hoc relate ad promis-
tentem Christum, vt pote qui et ipse Paracletus est, testante Ioanne i Epist.
II, v. 1. *Filioli mei, haec scribo vobis, vt non peccetis.* Sed et si quis
peccauerit, (παράκλητον) PARACLETVM, seu, vt Vulg. interpres redi-
dit, ADVOCATVM habemus apud Patrem, Iesum Christum iustum.
Est igitur hic promissus a Christo Paracletus, aliis a promittente, non qui-
dem τῇ στοιχείᾳ, (nam vterque Deus est) sed τῇ ψυχήσσομενη persona;
alius item, quod ad modum et rationem aduocatura. Nam Christus
propria sibi ratione paracletus seu aduocatus est, ita vt caussam nostram
coram Patre agat vt mediator et pontifex vi meriti sui, quo se ipsum Patri
pro nobis vt victimam obtulit, et intercedit: quippe vt unus est Deus, sic
unus et mediator Dei ac hominum, homo Christus Iesus, i Tim. II, 5. ex-
cludens ab hoc munere ipsum Spiritum sanctum, nedum alios, qui qui
fuerint, siue in caelis siue in terra. Contra, promissi a Christo Paracleti
aduocatura in eo consistit, vt fidelibus Christi, maximeque Apostolis eius
et Euangeli praeconibus, generatim instar aduocati adsistat in infirmitati-
bus ipsorum, teste Paulo Rom. VIII, 26. Similiter et Spiritus adiuuat
infirmitatem nostram: speciatim vero, vt adsistat eis in fundendis Christi
nomine ad Patrem precibus; nam quid oremus, sicut oportet, nescimus,
sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitis inenarrabilibus. Qui autem
scrutatur corda, scit quid desideret Spiritus: quia secundum Deum postu-
lat pro sanctis; ibid. vnde idem Apostolus Gal. IV, 6. Quoniam etsi filii,
inquit, misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra, clamantem, Abba,
Pater. Ut item veritatis doctor sit illis, secundum illud Christi Ioh. XIV,
26. Paracletus autem, Spiritus S. quem mittet Pater in nomine meo, ille
vos docebit omnia, et suggesteret vobis omnia quae dixi vobis. Item vt Chri-
stum in fidelibus glorificet, h. e. factam a Christo expiationem, indeque
existentem eius pro fidelibus suis intercessionem meritoriam, animis illo-
rum viuide repraesentet, et filiale in Deo fiduciam apud eos excite
foueatque: docente id Christo Ioh. XIV, 14. Ille Paracletus me clarifica-
bit: quia de meo accipiet, et adnunciabit vobis. Porro vt in ferendis ob-
Chri-

Christi nomen passionibus fideles corroboret et consoletur, certos illos reddendo, hanc esse veram gratiam, in qua stare coeperint, 1. Pet. V, 12. Ac denique ut iuuet eos in confitendo et (si opus sit) defendendo euangelio coram magistratibus siue ethniciis siue Iudaicis, suppeditans eis in illa hora, quid et quomodo loqui debeant, Matth. X, 19. 20. Luc. XII, 11. 12.

Tandem quis sit *alius* ille a Christo promissus *Paracletus*, scire cupitis, Ciues carissimi? Respondemus primo negatiue, dein positivie. Non fuit is *Manes*, teterimus ille haereticus, a quo *Manichaei* nomen habuerunt, de quo *Chrysostomus Homil. LXXII.* *Manes dicit:* *Ego sum Paracletus ille, quem Seruator Apostolis promisit.* Procul dubio cum allusione ad nomen suum *Manes*, quod respondet Ebraeo Παράκλητος consolator.


Qui vero, cum allusione ad Graecam nominis significationem, *Eusebio Hist. Eccl. lib. VII. c. 31.* rectius ὁ μενεῖς τὸς Φέρεταις mente captus ac insaniens appellari meruit. Nec fuit is *Muhammedes*, cui ab asseclis id nominis, cum promissione a Christo facta, male attributum fuit, ut videre licet apud *Lud. Marraccium Parte I. Prodromi ad Refutat. Alcorani p. 26. seq.* Sed nec ullus *Sanctorum*, siue vere talium siue commentitiorum fictitiorumque, de quibus hodienum Papicolae tanquam patronis imprudentissime gloriantur, ut vel nuperimo exemplo, in Relationibus publicis Halensibus huius anni No. 12 p. 45. commemorato, constat. Potius, si Christum ipsum, eeu testem veracissimum optimumque verhorum suorum interpretem, audimus, *Paracletus hic alius non est, nisi Spiritus sanctus, nempe Spiritus ille veritatis, qui a Patre exit, ut exponitur a Christo Ioh. XIV, 17. iterumque v. 26. et tertium c. XV, 26. et quartum c. XVI, 7. 13.* ut dubium nullum superesse queat.

Huic Paracletu cum ab ecclesia Christi dicatae sint, quae nunc de novo instant, pentecostales feriae, agite igitur, Ciues carissimi, eas ita celebrate, adhibita meditatione verbi diuini tum publica tum priuata, intensisque precibus, ore et animo ingeminantes illud, *Veni, sancte Spiritus, repletuorum corda fidelium: ut et vobis contingat beari munere,* quo nullum est praestantius atque salutarius. P. P. in pentecostalibus feriis A. clo 10 CC LVIL

VII 3.30 3236
39



• 18.9.84
ED 9



gustanis illis comitiis interfuiimus, gratissimoque animo co-compositionem illam & pacem de rebus ad religionem atque continentibus, ibidem factam. Ut ergo pietas nostra erga deum solenni ratione declaretur, d. d. XXX. Septembris producam centes optimam spem de se praebentes, nobisque dilectissima erba huic tempori & loco accommodata facturos, hoc or-

VRITIVS AVGVSTVS de THVM-MEL, eques Misn.

culo primo catechismi maioris in libris ecclesiae nostrae symbolideum patrem creatorem & conseruatorem tam omnium rerum, n huius scholae nostrae canet ode Germ.

ROL. LVDOV. FRIDER. BETKENI-S, Schmidebergensis Saxo,

am euangelico-Lutheranam de deo filio I. C. Θεοντρόπω
o humani generis saluatore ex eiusdem catechismi articulo altero
bus hexametris eloquetur.


IRISTOPH. IOH. GOTTFR. HAY-LANNVS, Portensis Misn.

eficiis atque effectis dei spiritus sancti, in ecclesia & scholis, ex art.
o aget. Latine.

JOH. ADOLPH. GOTTLLOB TRAVT-EIN, Schoenwerd. Misn.

am belli Schmalcaldici enarrabit. Latine.

V. CHRI-



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. [redacted]